


Sammelld

1. Bd = volk - KI 4065


Gl.





TRACTATO PRIMICO  
DE TURBIS  
APPERTURAS  
IN TURBIS  
TURBIS  
TURBIS





94

2. D. B. V.

DISSE<sup>R</sup>TAT<sup>O</sup> IN AVGVRALIS IVRIDICA  
DE EO QVOD IVSTVM EST  
CIRCA  
**ORATIONEM  
DOMINICAM,**

*Vom Vater Unser /*

QVAM  
DIVINA ASSISTENTE GRATIA  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIP<sup>E</sup> AC DOMINO  
**DN. GVILIELMO HENRICO,**  
DVCE SAXONIAE, IVLIACI, CLIVIAE AC MONTIVM  
ANGARIAE ET GVESPHALIAE, ET RELIQUA,  
AVCTORITATE ET DECRETO  
ILLVSTRIS IN FLORENTISSIMA SALANA ICTORVM ORDINIS  
PRAESIDE

ILLVSTRI ATQUE EXCELLENTISSIMO VIRO  
**DN. CHRISTIANO WILDVOGELIO**

ICTO CONSVMMATISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIP<sup>E</sup> SAXO-ISENACENSI A CONSILIIS INTIMIS  
CVRIAEC SERENISSIMORVM SAXONIAE DVCVM PROVINCIALIS CON-  
SILARIO SPLENDIDISSIMO, NEC NON ANTECESSORE IN ALMA SALANA  
GRAVISSIMO UT ET SCABINATVS AC FACVLTATIS IVRIDICAE  
PRIMARIO ASSESSORE,

PATRONO, PRÆCEPTORE AC HOSPITE SVO ÆTATEM DEVENERANDO  
PRO LICENTIA

SVMMOS IN VTROQVE IVRE HONORES RITE CAPESSENDI  
*Publicae Eruditorum disquisitioni submittit*

**M. IO. GOTTLIEB OLEARIVS,**

HALA MAGDEBURG.  
FAC. PHIL. IEN. ADIVNCTVS  
AD D. XX. FEBR. M DCC XII.

IENAE, LITTERIS MULLERIANIS.

DEO QD: DILECTIO  
DISSESTITATIO MAGNA TE JURIDI  
DE HO QD: DILECTIO  
DE O: CA

# ORATIONEM DOMINICAM

DEO  
ET  
**PROXIMO.**

DN:CHRISTIANO MELDACELETO

ICLO CONSILIVIATISMO  
SERVIREMUS HINCII SAXO RIBERICII A CONFLUENTI  
CATHOLICIS SERVIREMUS A ROMA INUITA MONUMENTUM CON  
SUNTANIS SERVIREMUS A ROMA INUITA MONUMENTUM CON  
GRASSISSIMO AT II HABITAT A DE CATHOLICIS IUDICIA  
HABITAT A ROMA INUITA MONUMENTUM CON

LA: MONO PERIECTO DE C HOSIATI ZNO ET TITAN PEGNACCI

LA: MONO PERIECTO DE C HOSIATI ZNO ET TITAN PEGNACCI

LA: MONO PERIECTO DE C HOSIATI ZNO ET TITAN PEGNACCI

LA: MONO PERIECTO DE C HOSIATI ZNO ET TITAN PEGNACCI

LA: MONO PERIECTO DE C HOSIATI ZNO ET TITAN PEGNACCI

LA: MONO PERIECTO DE C HOSIATI ZNO ET TITAN PEGNACCI

LA: MONO PERIECTO DE C HOSIATI ZNO ET TITAN PEGNACCI



## PRAEFATIO.

**N**raberis, L. B. quod *Oratio-*  
*nem*, quam vocant, *domi-*  
*nican*, secundum iuris Iusti-  
*nianei* regulas, explican-  
*dam* mihi sumserim. Sibi  
 enim hanc orandi formu-  
 lam nullo non tempore  
 vindicant, quibus sanctiorem rimari scientiam  
 licet. Nec falcem tamen in alienam messem  
 immitto, aut rei, ad me non pertinenti, me im-  
 miscendo, culpam incurro, prohibente id ipsum  
*l. 36. ff. de R. I.* dum pondero, quae sit Iuris-  
 prudentia, rerum quippe tam *diuinarum*, quam  
*humanarum* notitia, iuxta *§. 1. I. de I. & I. l. 10. ff.*  
*ed. iunct. l. 2. lex est omnium. ff. de LL.* Et  
 quod iuris ciuilis quoque prudentia circa res ac-

OMI

A 2

que

que humanas ac diuinias versetur, id ipsum constitutiones summorum Imperantium in primis Codicis titulis, nec non pluribus Nouellarum sanctionibus abunde declarant. Conf. STRVIVS, *Progymn. ad Cod. GROTIUS, de Iure Summar. Poteſt. circ. Sacr.* Nec incongrue proinde VLPIANVS ICtos IVSTITIAE SACERDOTES appellat in *I. I. §. 1. ff. de I. & I.* vt ideo iuxta praxin nostrorum Confistoriorum ICti in iisdem Praesides sint & directorium gerant. VVEBER. *de I. Confitor.* Praeiuerunt pariter atque ad iuris fontes theologica themata applicarunt viri magni quidem nominis, tam inclytae huius Salanae, quam aliarum Academiarum. Ecquis enim nesciat GE. ADAMI STRVII felicissimum *de Invocatione nominis diuini, conatum: L. B. DE LYNCKER de eo, quod circa Baptismum & S. Coenam licet, exercitationes?* Ecquis ignoret controuersam satis IO. SAM. STRYKII *de Sabbatho disceptationem?* ad manus est ACHATII CHRISTIANI RANGERI *de Iure Baptismi* dissertatio. De Poenitentia ecclesiastica discursus edidit IO. FRID. KNORRE. De eo quod circa varia festa: circa conciones funebres iustum est, & de Cantibus Angelicis scripsit, quem primo

55 (5) 55

mo nominare loco debuisse, Illustris atque excellentissimus Dn. PRAESES, cuius suauis & instinctu hunc suscepit laborem. Quare nec mihi, qui per decennium fere sanctioris doctrinae semitas scrutatus sum, vertetur vitio, si, postquam arcano quasi instinctu ad Themidos culturam tractus, quaedam de *Oratione dominica*, quantum ad Iurisprudentiam spectat, commenta vero. Et si praeter spem quaedam irrepserint, quae huius loci nec muneris esse viderentur, illa sine aliorum iniuria, efflagitante ita materia, posita volo. Ut denique L. B. habeat, qua methodo haec pertractanda sit disquisitio, quaque ratione ordinis constet, tribus illam sectionibus, PRIMA, de Oratione dominica in genere: SECUNDA, de Vsu: TERTIA, de abusu huius precationis, absoluam. Quod institutum, ut feliciter cedat, diuinum auxilium, Socini Senioris, quo semper vsus est, disticho, imploro:

*Consiliis nostris trinus Deus optimus adsit,*

*Vt fas perpetuo sanctaque iura loquar.*

Fauori autem tuo, B. L. me mosque conatus commendabo.

## SECTIO I.

De

*Oratione Dominica in genere.*

## CONSPPECTVS.

- §. 1. *Oratio unde dicatur.* §. 2. *quid sensu ecclesiastico denotet.*  
 §. 3. *quid in iure significet.* §. 4. *eius definitio.* §. 5. *an multis  
viti verbis licet.* §. 6. *Certae orandi formulae num-  
adhibendae.* §. 7. *autores, qui de oratione dominica  
scriperunt, exhibet.* §. 8. *Oratio dom. quomodo alias  
appelletur.* §. 9. *In iure, ubi & quomodo reperiatur.* §. 10.  
*Metaphorice, PATER NOSTER, quid significet, & quie  
hunc instrumentum Inventor?* §. 11. *Controversias circa eandem,  
reverset.* §. 12. *De illius versionibus agit.*

§. I,

**A**cturus igitur de *dominica oratione* in vocum originem paucis inquiram. *Oratio enim in genere* denotat quamvis locutionem, germanice, *eine Rede*, autore *CICERONE, in Brutus.* Nec acu rem tetigisse videntur, qui cum *CASSIANO, ISIDORO, BEZA*, orationem a *ratione* deriuant, ideo, quod nihil, nisi quod rationi conueniat, petendum sit. Potius ab ore dicitur Latinis, quod ore proferatur. Etsi vero hanc habeat originem, non verba tamen ad orationem necessario pertinent, nisi in strictiori sensu orationis vocabulum sumatur, ut preces ore prolatas praecise significet.

Sectio

§ A

§. II,

Alium plane atque a scopo meo alienum significatum habet oratio, quatenus licentiam exeundi apud monachos indicat. Fundamentum procul dubio significationis huius in hoc quaeritur, quod licentia ista data fuerit oratione seu benedictione Prioris. Ita legitur in *Concordia Regularium*, ex Regula PAVLI & STEPHANI cap. 4. *Quem causa manifesta compulerit, oratione a Priori sperata & concessa discedat.* & cap. 5. *Nec bini nec terti, sed singulatim exeuntes, orationem sperent.* Pari quoque ratione BE-DÀ scribit, in *Vita S. Cuthberti*, cap. 36. *Dixerat haec & data oratione & benedictione suam mansionem introierunt.* Nec dissentit ab his PETRVS DIACONVS, Lib. IV. *Chron. Casinensis*. c. 4. *Psalmos decantantes coemeterium pergant, ibique dantes orationem, postea de more capitulum soluant.* & cap. 37. *Lauicanus, Episcopus orationem dedit.* Haec & alia antiquitatis testimonia colligit MENARDVS ad *Concordiam Regularium*, & qui illum sequutus, CAROLVS DV FRESNE, in *Glossario*, T. III. p. 54.

## S. III.

In iure appellantur *orationes*, quae ab ipsis Principibus in Senatu habebantur cum quaedam in publicum constituenda essent, vbi Senatum rogabant, an ita placet constitueri, quas orationes deinde SCtum sequebatur, BRISSON. *Sel. antig. Lib. I. cap. 16.* Talis est oratio Imperatoris SEVERI, vel pars saltem illius, in Senatu, TERTYLLO ET CLEMENTE CSS. recitata, quae extat in l. 1. ff. §. 2. *de reb. eor. qui sub tut.* Allegantur quoque D. MARCI orationes de alimentis l. 8. ff. *de transact. de fugitiuis requisitis l. 3. ff. de seru. fugit.* Atque hinc est, vt, quod vno loco Oratione introductum dicitur, id alibi SCto tribuatur. Vid. l. 23. §. 1. *de cond. im-*  
db.

*deb. STRVVIVS, Syntagm. civil. Exercit. I. thes. 64. add.*  
*GRAVINA, de ortu & progressu Iur. civil. num. 119.*

*Oratio denique pro precibus seu precatione ponitur, germanice, ein Gebet, quo sensu etiam hoc loco accipitur. Atque ita iuxta praxin nostrarum ecclesiarum, in publicam & priuatam dispescitur. Haec a quolibet Christianorum funditur, ex officio pietatis priuato. Illa partem officii sacerdotalis constituit, & publice in conventu fidelium fieri solet, nec tantum in primitiva ecclesia, sed hodierno quoque vsu recepta.* BOEHMER. *Dissert. de Iur. prec. publ. thes. g. 10. VOETIVS, P. III. sel. disp. p. 103. & seq. Et quandoquidem attentis precibus veram secundum Dei voluntatem acquirimus felicitatem, iuxta l. 42. pr. C. de Episc. & Cler. iisdemque continuis eandem conseruamus, Nov. VI. pr. oratio definitur, quod sit mentis ad Deum eleuatio, per quam vel mala deprecemur, vel bona nobis aliis petamus, vel Deo benedicamus. Conf. BALDWIN. Cas. Consc. Lib. II. c. VII. LAYMANN, Theol. moral. Lib. IV. Tract. I. c. v.*

§. V.

Minime tamen multis in oratione opus est verbis.  
Nam & scribis & Phariseis Vae intimat CHRISTVS,  
quod longas orationes dixerint. *Mth. XXIII. 14.* hunc-  
que precandi modum, tanquam illicitum reicit, *c. VI. 7.*  
Priscis quoque fidelibus à Domino edotis alia plane  
orandi mens fuit & consuetudo. CLEMENS Alexandri-  
nae Ecclesiae Presbyter & Catechesew Magister ce-  
leberrimus, orationem paucis verbis constantem a  
Christiano requirit: *Oratione*, inquit, *quae ore peragiuntur*,  
*non multiloqua videntur*, *Lib. VII. Stromat.* Quo referendum  
videtur illad HIERONYMI: *Nunquid verborum multitu-*  
*dine*

## § (9) §

dine fletti Deus ut homo potest? Non enim verbis tantum sed  
corde orandus est Deus. Melior est quinque Psalmorum decanta-  
tio cum cordis puritate & serenitate & spirituali hilaritate, quam  
totius Psalterii modulatio cum anxietate cordis & tristitia. c. non  
mediocriter, 24. distinet. V. de Consecr.

## §. VI.

Ne autem per incertas diuagemur precationes, at-  
que veluti neglectus alicuius aut diuinae Maiestatis  
contemptus rei existimemur, certas inde precum formu-  
las pii praescripserunt. Atque id circa quaeritur, an  
Christiani praecise ad Orationem dominicam totidem  
verbis obligati sint, an vero tantum ad sensum? Examini-  
nat hoc BROCHMANN. *System. theol. art. 37. sect. 2.* Ce-  
terum, proprias orandi formulas SS. Patres saepe nume-  
ro adornarunt. Quemadmodum enim ne in humanis  
quidem Principes patiuntur, causas sibi subditorum ex-  
poni, nisi certo constet ordine supplicatio, licet illi alias  
supplicantium necessitatis non sint ignari; ita melioris  
ordinis causa formulam precandi ipse praescripsit Salua-  
tor, *Math. VI. 9. seqq. PATER NOSTER, QVI ES IN  
COELIS &c.* Et, si formulae adstringuntur desideria,  
eo concinnius proponuntur desiderata, in primis, si illas  
ad statum, in quo viuis, applicaueris: ad illam, qua-  
vrigeris, necessitatem: ad temporis rationem, quae te  
concomitatur, obsernato vbiique sanorum verborum ty-  
po & fieri quantum potest, verbis & phrasibus ex S.  
Scriptura petitis. Quae cum in Oratione dominica  
deprehendantur omnia, ideo non inutiliter monet BRVN-  
NEMANN. in *Iur. Eccles. lib. I. cap. 6. membr. 6. num. 4.* vt  
ex qualibet homilia preces publicae conciperentur, se-  
cundum ordinem Orationis dominicae, in qua omnium  
optime latet methodus Oratoriae S. ita, vt nominatim  
Pastor distinete singula membra ecclesiasticarum precum

B

ad

ad suam quamque partem dominicae orationis referat.  
An demum omnes preces ecclesiasticae concludendae  
sint oratione dominica? exponit VOETIVS, Polit. Eccles.  
Part. I. Lib. II. Tract. 2. cap. I. §. 4. in fin.

## §. VII.

Venio nunc ad ipsam rei pertractionem, post  
quam actum fuit de precibus generaliter, quantum sci-  
licet ad scopum meum faciunt. Plura enim facile sup-  
peditasset STRVVIVS, supra laudatus, in Tractatu, *de Inuocatione nominis diuini*, ad cuius doctissima astuta Le-  
torem cupidum remitto. Quae insuper Theologis in-  
cumbunt, ad ICTORUM nec traho cathedram. Quare  
etiam CYPRIANI, TERTULLIANI, CHRYSOSTOMI,  
GREGORII NYSSENI, IOH. DAMASCENI, AELFRI-  
CI, LVTHERI, MOSIS AMYRALDI, AVG. DE AN-  
CONA, BARTH. BALDVINI, CASP. BARTHOLINI,  
RICH. BAXTERI, GIOVAN. BRIANI, HVG. BROVG-  
THONI, IO. CONR. DANNHAVERI, IO. D'ESPA-  
GNE, THO. HOOKERI, CHRIST. KORTHOLDI,  
AND. LANCELLOTTI, EDWARDI NORRISHI, HIER.  
SAVANAROLAE, ANDR. CHRIST. SCHVBARTI,  
IO. LVDI VIVES, GODOFR. OLEARII, aliorum pias  
in orationem dominicam meditationes, quarum elenco  
chum MARTINVVS LIPPENIVS, in *Bibliotheca reali theo-  
logica*, exhibet, praetermitto. Nec, quae nouissime de  
oratione dominica, HERM. WITSIVS, in *Exerciti de ora-  
tione dom. & fr. IO. SCHRADERVS*, in *orat. dom. hislo-  
rice & dogmatice proposita*, commentati sunt, prolixius tra-  
do. Potius, quidnam iustum sit circa hanc precatio-  
nem, edocebo, in primis, cum nemo, quem viderimus,  
hanc vnquam materiam, haec quoque methodo, enuclean-  
dam sibi ex instituto sumferit. Quae enim LIPPENIVS  
in *Bibliotheca reali turidica p. 365. seq.* memorat utpote, Ano-  
nymi expositionem orationis dom. secundum *Iura Eccl. Ver-*

net.

§§ ( II ) §§

met. 1558. 4. LVD. CARBONIS A COSTIARIO, *Exposit.*  
*Orat. dom. ibid. 1590. 8.* ab Italis sunt scripta, quorumque  
videndi copia mihi non fuit.

§. VIII.

Oratio proinde dominica, de qua scribo, varias  
nacta fuit appellationes. Modo enim ORATIO PA-  
TERNA a piis primitiuae ecclesiae Doctribus appella-  
tur, quod a voce PATER incipiat. Modo dicitur ORA-  
TIO HERILIS, quoniam a Domino huius vniuersi or-  
tum accepit. Et ita vocatur in *Vita S. Sifredi*, Episco-  
pi Carpenteratensis. Hinc DOMINICA pariter ORA-  
TIO inscribitur, partim, quod a Christo, DOMINO  
nostro praescripta nobis fuerit, partim, quod ipse Sal-  
uator eandem dixerit, partim, quod ad Dominum di-  
rigatur, a quo proficiuntur bona omnia, partim, quod  
in memoriam Christi, Christiani illam adhibuerint.  
Hanc quippe a primis Christi in doctrina successoribus  
vsurpatam fuisse, longe lateque deducit HILDEBRAND.  
*in ritual. oram. cap. IV. §. 10. seq.* Incongrue tamen oratio-  
nem inde dominicam dixeris, si cum quibusdam Seculi  
VII. Sacerdotibus Hispaniae somniaueris, *Orationem*,  
hanc die saltim dominica adhibendam, eumque in finem  
ita fuisse appellatam, referente CARANZA, *in Summ. Concil.*  
*Concil. IV. Tolos. IV. can. 9.* Hanc enim Christo mentem non  
fuisse vel inde patet, quod ab ipsis Apostolis in Eucha-  
ristia iuxta permultos ecclesiae Doctores adhibita fue-  
rit, conf. HERM. WITSII, *Exere. VI. de Orat. Dom. §. XXIV.*  
*n. 96.* & a Patribus, quotidie recitata, quorum testimo-  
nia si transcriberem, haec ne pagina quidem sufficeret.  
Ut autem plures taceam, IVSTINV MARTYREM, CY-  
PRIANVM, HILARIVM, GREGORIVM M. WALAFR.  
STRABONEM, & AVGVSTINV faltem nominabo,  
æque ac CAESARIVM ARELATENSEM, cuius verba  
quæ *Sermon. XII.* habet, appono: *ante omnia fratres, in-*

¶ ( 12 ) ¶

quit, orationem dominicam in oratione dicamus, quia libenter  
sine dubio orationem exaudit, quam ipse pro sua ineffabiliter beni-  
gnitate constituit. Apparet idem ex CONCILII TOLE-  
TANI IV. anno DC XXXIII. celebrati canone 10. quod quo-  
tidie recitari debeat a Sacerdotibus ipsis sub poena de-  
positionis. Iuuabit legere ipsa Concilii verba: *Nonnulli  
Sacerdotum in Hispania reperiuntur, qui dominicam orationem,  
quam Saluator docuit & praecepit, non quotidie, sed tantum  
die dominica dicunt. Attamen, quia quotidiana oratio est, quo-  
tidie quoque uertur, dici oportet.* Quisquis ergo Sacerdotum  
vel subiacentium clericorum hanc orationem quotidie, aut in  
publico aut in priuato officio praefererit, ordinis sui honore  
principetur. Adeo ut omnibus magis diebus post matutinas & vespertas oratio dominica a Sacerdote proferatur,  
*de Consecrat. dist. V. c. 14.*

### §. IX.

Duplici porro respectu accipi solet Oratio domini-  
ca. Sumitur enim vel materialiter, pro verbis, quibus  
constat, initialibus, quae sonant: PATER NOSTER.  
Et hoc statim sensu disquiritur, an & ubi in Corpore  
Iuris civilis inueniatur PATER NOSTER, siue verba ista  
initialia, quibus dominica oratio inchoatur; In Satis  
enim illa occurrere non erit dubium, qui loca Veteris  
Testamenti sequentia: Gen. XIX. 3. XLIV. 25. Num. XXVII. 3.  
Ez. LXIII. 16. LXIV. 8. Ierem. XXXV. 6. 10. 1. Maccab. II. 54.  
Iudib. VII. 22, Ezib. XVI. 11. & noui foederis 10. VIII. 39.  
1. Theffal. III. 10. 2. Theff. II. 16. Iac. II. 21. non ignorauerit.  
Nec tamen in humano lure deficiunt. Si enim Inst. § 3.  
de Donat. euolueris, haec ibi verba reperties: Sed primus  
quidem diuinus Iustinus, PATER NOSTER. L. 5. C. de Repud.  
haec habentur: Diuinus Marcus PATER NOSTER. Nov. 74.  
c. 3. legitur: sed aequae piae memoriae NOSTER PATER.  
Nov. 109. & Iustimus piae memoriae PATER NOSTER.  
Nov.

Nov. 144. pientissimus Princeps PATER NOSTER. Nov. Leo-  
nis 41. Atque hoc quidem etiam sempiternae memoriae Patri no-  
stro in mentem venit. Item 55. Quod igitur PATER NOSTER  
praetermisit, item 83. id sciens PATER NOSTER aeternae  
memoriae Princeps. Formaliter vero consideratum PATER  
NOSTER, denotat orationem istam dominicam, quam  
Christus, discipulos suos, insimulque omnes in ipsum  
credentes effundere ad Deum iusfit, & literis configna-  
ta reperitur, *Math. VI. 9. seqq. Luc. XI. 2.* & occurrit eius  
appellatio in cap. VIII. X. de poenit. &c de Conser. distillt.  
*V. c. 14.*

## S. X.

Metaphorice PATER NOSTER significat conge-  
riem istam globulorum vel ligneorum vel lapideorum,  
filo inuicem connexorum, quibus vtuntur Pontificii in-  
ter orandum, cum decem globulos vnum post alterum  
manu attingunt & in filo promouent, singulisque ita  
promotis salutationem Angelicam, quae AVE MARIA  
dicitur, accinunt, vsque dum ad eminentiorem deuen-  
tum fuerit globulam, cuius attacta admonentur Ora-  
tionem dominicam effundere, & sic per circulum deuo-  
tationem suam metiuntur, cuiusmodi instrumentum pre-  
catorum vulgo PATER NOSTER appellari consuevit.  
Vocatur etiam ROSARIVM MARIAE, *Em ROSEN-*  
*CRANZ, in Ritual. Orant. c. 10. S. 18.* item CORONA  
ROSACEA, CORONA MARIAE. Quo instrumento, de-  
votionem, imo cultum Christi & B. Virginis excitare  
putant. Inuentorem huius Rosarii, Petrum Eremitam  
facit POLYDORVS VIRGILIVS, *Lib. V. de Rerum In-*  
*ventor. c. 9.* Rectius vero DOMINICVS, Ordinis sui fun-  
dator, talis existimatur, conf. SAMVEL MARESIVS,  
*in Apolog. pro S. M. V. Lib. II. cap. 12. p. 323.* Pater id maxi-  
me ex Bulla PIU V. P. R. cui initium est, consuerunt,

SS (14) SS

data Romae d. X. Septembr. MDL XIX. cuius verba,  
quae hic spectant, transscribo. B. Dominicus Spiritu S. ve-  
rie creditur, afflatus, occasione, qua Albigensium haeresis per par-  
tes Galliarum & Italiae misere pressabatur, & tam multos ex-  
coecaeras seculares, ut in Domini Sacerdotes & clericos saeu-  
sime furerent, levans in coelum oculos & mentem illam gloriose  
virginis Mariæ, almae Dei genitricis resplendens: admodum faci-  
lem & omnibus perutin & admodum piut orandi & precandi  
Deum, Rosarium seu Psalterium eiusdem B. Virginis nuncupa-  
tum, quo eadem beatissima Virgo salutatione angelica centies &  
quinquagies ad numerum Dauidici psalterii reperita, & oratione  
dominica ad quamlibet decimam cum certis meditationibus, totam  
D. N. Iesu Christi vitam demonstrantibus interposita, venerantur.  
Ex quo loco fatis appetat, autorem rosarii fuisse DO-  
MINICVM, cuius inuentum is per Romanæ ecclesiae par-  
tes prorogauerit: Plura qui desiderat, audeat MARESIVM  
supra titulum, & VOETIVM, in disp. select. P. III. p. 101g.  
seqq. & 102g. seqq.

§. XI.

Sed a sensu metaphorico ad proprium reuertor. Et  
ne controuersiarum, quae nostro potissimum seculo circa  
Orationem dominicam ventilatae sunt, ignarus plane  
videar, pauca subiiciam. Disceptatum nim. fuit, an Christus ex antiquo foedere? an ex Liturgia Ebraeorum  
publica? an ex Cabbala, hanc orandi formulam desum-  
serit? Posterior quidem sententia tribuitur ALEXANDRO  
MORO & L. B. CHRISTIANO KNORRIO A ROSEN-  
ROTH. vid. IO. LIGHTFOOT, Hor. Hebr. & Talmud.  
in cap. VI. Math. v. 9 p. 297. Nouissimæ controuersiae,  
praeter omnem spem & opinionem, dedit ansam IO.  
FRANCISCVS BVDDEVS, Theologus consummatissi-  
mus, Praeceptor quondam meus, pie prosequendus.  
Tom. I. Observ. Hal. Observ. I. §. XII. seq. Huius enim  
doctis.

doctissimis assertis se statim opposuit PAVLVS BER  
GERVS, in dissertatione philologica de cabalismo iudaico Chri  
stiano, Vitembergae, M DCC VI. Quem exceptit cele  
berrimus eiusdem Academiae Theologus, GOTTLIEB  
WERNSDORFFIVS, Praeceptor pariter meus colendissi  
mus, in Vindiciis Orationis dominicae, anno M DCC VIII.  
Vitembergae, publicatis. Aduersarium praeter hos na  
Etus est IO. GEORG. WACHTERVM, Philosophum  
Berolinensem, qui BVDDEVM nostrum, in Elucidario  
suo cabalistico, Romae, ut audit, MDCC VI, vulgato, pun  
gere non dubitauit. His tamen omnibus respondit no  
riter, in disquisitione rheologica de moderamine inculparae ratiocinac  
Ienae, M DCC. VIII. BVDDEI quoque partes in se suscep  
tit Anonymus, & vindiciis D. WERNSDORFFII peculia  
rem tractatum, sub titulo, *Ausführliche Abfertigung der un  
befugten Beschuldigung*, opposuit. Quem tamen alias  
WERNSDORFFII Labor inequutus est, sub titulo, *Gründ  
licher Erweis*, daß Tit. Herr D. IO. FR. BUDDEVS, zu Iena,  
in seiner so genannten Abfertigung der unbefugten Beschuldigun  
gen den von Ihm wegen der cabalae entstandenen Verdacht nicht  
abgelehnet Et. Plura, quae hoc negotium attingant, scri  
pta, in praesenti non recordor, nec quid circa haec  
indicandum sit, explico, sed Theologis potius re  
linquo.

## §. XII.

Restat, ut pauca eloquar de magna orationis domi  
nicae existimatione. Praeterquam enim, quod a TER  
TVLLIANO, de Ora. Dom. c. I. breviarium totius Euangeliū  
insignita fuerit, in omnes fere linguis translata fuit.  
Quas si non omnes enarrauero, plurimas tamen eius  
Versiones perensebo. Sunt autem sequentes, qui illas  
aut transtulerunt, aut collegerunt, autores. MARQV  
FREHERVS in Oratione Dominica, Saxonice, cum notis, Pa  
ria, 1610. & PIERRE D' AVITY, in descriptione IV. mundi  
partium,

partium, gallice. CLAVDIVS DVRETVS, in thesauro Lingua-  
rum vniuersi, Gallice. BARTHOL. GEORGIEWITZ, in  
Libro de moribus Turcarum. CONR. GESNERVS, in Mithri-  
date suo. IO. BAPT. GRAMMAGE in L. qui centum ver-  
sionis Orationis dom, complectitur. HERON. MEGISERVS, in  
specimine L. Linguarum, Lipsiae, 1613. IO. MICRAELIVS, in  
Pomerania Germ. edit. P. I. p. 124. GEORG. PISTORIVS  
MAVER, in L. Pater noster in 40. Linguis. IO. REVTERVS,  
LIVONVS, in Lib. Oratio dom. 40. Linguarum, Rigae, 1662.  
ANGELVS ROCHA, Camer, in bibliotheca Vaticana, p. 367.  
SCHILDBERGER, in historia Itinerar. sui & expeditionis bellis  
sub Tamerlano. GEO. STIERNHIELM, in Limine Euangel.  
Gorb. Vlphilae. CASP. WASERVS, in Comment ad Mithri-  
datem Gesneri. IOH. WILCKIVS, in Opere Engl. de Lingua  
Philosophica, p. 435. IO. MARTINEZ SILICEVS, Hispanice,  
Toleti, 1551. 8. His tamen omnibus palmarum facile praeri-  
pit, qui alias sub BARNIMII HAGII & THOMAE LVDE-  
KENII nomine latuit, ANDREAS MULLERVS GREIFFEN-  
HAGIVS, cuius centum fere Orationis dominicae ver-  
sionum collectio, quarum suis quaeque expressa literis  
& characteribus, plus vice simplici, in Germania & An-  
glia, lucem aspergit. Quam perfectus vero hic catolo-  
gus videatur, nullus tamen dubito, quin multis ex an-  
tiquitate & nostro potissimum aeuo, augeri non nequeat.  
Specimen huius asserti exhibet FR. IO. SCHRADERVERS,  
in Oratione Dom. historice & dogmatico proposita, p. 77. seq. ubi  
Henetorum, & aliam, cum francica fere conuenientem,  
Orationis dominicae versionem, a MULLERO collectis,  
superaddit. Plura de Oratione dominica in genere,  
exhibere non placet.

## SECTIO

§ (17) §

## SECTIO II.

De

### Vsu Orationis dominicae.

#### CONSPECTVS HVIIS SECTIONIS II.

§. 1. Haereticos, qui circa orationem dominicam errarunt, recenset, methodique rationem inde sumtam exponit. §. 2. Iustiniani in condendo Iure civili erga Deum pietatem deprae-dicar. §. 3. Carebumenis orationem dom. recitare num licen-terius? §. 4. Idem de Iudaeis disquirit. §. 5. Patrimonium cura quae circa hanc orationem fuerit? §. 6. Eius in coena usum explicat. §. 7. non absolute necessarium esse, probat. §. 8. Vfus in benedictione deffensorum, ordinatione mini-strorum &c. §. 9. Non consecratis in Cathedra exercitii causa recitare eam licet. §. 10. An in concionis exordio omitti possit? §. 11. Sub initium suscepcae tuteiae recitari debet, §. 12. quo loco ad Deum fundenda sit. §. 13. Prin-ceps Euangelicus intuitu huins orationis an protector Ecclesiac dici posse?

#### §. I.

**D**vo haereticorum circa orationem dominicam genera antiquitas prodit, quorum alii illam afferre, alii vnicce admittere voluerunt. Illi sunt PELAGIANI, de quibus AVGUSTINVS, Epist. 92. §. 94. & HIERONYMVS Lib. III. aduersus Pelagianos con-queruntur, quosque Carthaginense concilium sub HO-

C

NORIO

NORIO a. CCCC XIIII. celebratum reiecit, iisdemque anathema dixit, *Canon. VII. & VIII.* Quorsum hodie SEPARATISTAE, BROWNISTAE atque INDEPENDENTES, Pelagianis vel in hoc deteriores, sunt referendi, teste BENTHEIMIO, in *Englischen Kirchen Staat.* He vero sunt BOGOMILI ab aliis *Bogomiles* sive *Bogomili* dicti, quorum autorem, nomine BASILIVM, professione Monachum ac Medicum fuisse, eundemque in oriente Sec. XII. multas turbas dedisse, constat. In precibus, ut alias illorum taceam errores, erant seduli solamque orationem dominicam probabant, eaque sola vrebantur, septies interdiu & quinque noctu, sicut de illis post antiquiores, EVTHYMIVM ZIGABENVM, HARME-NOPVLVM, & ANNAM COMNENAM, ex recentioribus SAMVEL ANDREAE, *de Bogomilis*, Marpurg. 1688. & IO. ALBERTVS FABRICIVS, *dissc. de Haerese & moribus Bogomilorum*, Hamborgi, 1702. testantur. His accedebant INSABBATATI, circa annum 160. orationem nullam, nisi dominicam admittentes, referente IOS. ARNDIO, *Ecc. antiqu. eccl. p. 493.* Haec quae dixi an-sam mihi dederunt, ut conatum hunc meum in binas ad-huc sectiones, de VSV & ABVSV orationis dominicae, parti-ri induxerim.

## §. II.

Dum igitur in orationem dominicam secundum, iura commentor, in limine statim huius precationis, quae ab invocatione Numinis incipit, pium erga Deum Iustiniani affectum extollo, quamquam eundem non in omnibus purum atque Catholicum cum ARNOLDO CORVINO, in *Iustiniano Catholicis*, Mogunt. 1668. prounctio, sed CONRADVM SAMVELEM SCHVRTZFEL-SCHIVM, in dissertatione, quae in *Operibus Historico-Politicis XLIII. extat, de Iustiniano orthodoxo*, sequor. Hic enim, hunc

hunc frequenter obseruat ordinem, vt a Deo honorum  
 omnium principio & fine, exordiatur. Ita Christum ve-  
 rum iustitiae ducem, legum suarum patronum elegit, in  
 fronte prooemii Institutionum, nec non in Constitutione de Confir-  
 matione Digestorum, ad Senatum & omnes populos, it. ad magnum  
 Senatum, vt & in plurimis Nouellarum Constitutionibus, prout  
 ex Nov. VI. LXXXV. CIX. apparet admodum pie medi-  
 tatur. Item in quibusdam sanctionibus Codicis, vti exem-  
 plum est in I. I. C. de Vet. Iur. enud. & alibi. Illae pari-  
 ter formulae saepius occurrunt: IN NOMINE DNI. NO-  
 STRI I. C. AVXILIO OMNIPOTENTIS DEI: DEO PRO-  
 PSTITO: DEO PRAESVLE: NOSTRO STVDIO SVVM  
 PRAESIDIVM DEVVS OMNIPOTENS ANNVT: CVM DEI  
 AVXILIO. DEO AVCTORE: DEO ANNVENTE: DEO  
 PLACIDO. Qui mos deinde inualuit, cum omnes fere  
 Imperatores diplomata & bullas, inuocatione nominis di-  
 uini inchoauerint. Provoco ad CAROLI M. CAROLI  
 CRASSI: OTTONIS III. FRIDERICI I. ET II. HEN-  
 RICI II. aliorumque Constitutiones Imperatorias. In primis  
 vero ad Aureae Bullae conditorem, CAROLVM IV, quam  
 ita inscripsit. IN NOMINE SANCTAE ET INDIVIDVAE  
 TRINITATIS FELICITER, AMEN. Et quanquam ho-  
 die nec Imperatores, nec Reges nec Principes, placitis  
 & editiis suis has inuocandi formulas expresse amplius  
 praemittant, tamen DEI GRATIAE, quae gesserunt,  
 singula attribuunt. Male profecto alii ex Nov. 28. cap. 4.  
 §. 2. probare volunt, Iustinianum suo iam tempore usum  
 fuisse titulo, DEI GRATIA, quos recte refellit BEC-  
 MANN. de Notis. dignit. illustr. dissert. I. cap. 3, thes. 6. vbi  
 eius initium ad tempora Caroli M. & ita posteriora re-  
 fert. Vitio insuper vertitur GRATIANO, quod hanc  
 Dei inuocationem in compilando Iure Canonicō, tan-  
 quam summus religionis antistes, qualis can. i. §. Ponci-  
 fex. disti. XXI. depraedicatur, turpiter omisent. Nec

nouem excusandi caulas , quas pro illo operose conges-  
sit REINALDV S CORVS , Lib. III. Indag. Iur. c. XV. suffi-  
cientes putat STRVVIVS , de Inuoc. nom. diuī. p. 60. Tri-  
tam porro controuerfiam , an instrumenta absque Numi-  
nis inuocatione sint valida? hic non recoquo , cum illa  
multas iam dudum paginas , apud alios impleuerit. Si  
tamen desideraueris , adeas Dn. VNGEPAVR. Exerc. I.  
qu. I. SCOTAN. ad Inst. D. i. th. 2. SCHNEIDEWEIN. ad  
prooem. Instit. de rubr. n. 1. STRVV. in Syntagn. civ. Exerc.  
XXIX n. 29. COSTAL. P. I. aduert' in pr. n. 1. seqq. THEOD.  
HOEPPI NG, de Iur. Insign. cap. 2. §. 3. n. 13. HVNN. in  
Enyclop. Iur. P. II. rit. 18. cap. 8. n. 2. HOPPIVM ad Instit.  
p. 3. aliosque plures.

## §. III.

Porro , non promiscue omnibus licebat in veteri ec-  
clesia , orationem hanc ad Deum effundere. In horum  
censum veniebant CATECHVMENI , qui numero Chri-  
stianorum per sacram fontem nondum erant adscripti.  
Conf. ALBASPIN. obser. lib. I. obser. XIX. TOBIAS PFAN-  
NER. lib. de Catechumenis , c. II. p. 225. seq. SVITZER.  
Thef. Eccles. T. I. p. 1284. Dummodo enim post concionem  
finitam eucharistia celebraretur , in qua oratio Domini-  
ca recitari solebat , ne recitationi interessent Catechume-  
ni , exire iubebantur. Palmaria procul dubio haec fuit  
causa , quod nefas putarent veteres , Deum ab iis PA-  
TREM compellari , qui sacro nondum tincti baptismati ,  
neque a Diaboli potestate liberati fuerant. Liceat vnum  
vel alterum venerandae antiquitatis testimonium addu-  
cere. CHRYSOSTOMVS , Homil. XXI. in Marth. VI neruo-  
se scribit : *Qui nondum initiatus est , non potest Patrem appelle-  
lare Deum.* Huic suffragatur THEODORETUS , in Epist.  
Decret. c. 38. *Hanc nos orationem non initiatos non docemus , sed  
initiatos : Nullus enim eorum , qui initiati non sunt , dicere audet*  
**PATER**

PATER NOSTER, QVI ES IN COELIS, cum adoptionis dominum nondum acceperit. Qui autem baptismi donum consecutus est, Deum Patrem vocat, tanquam in gratiae filios ascirus. Alia quoque ratio, Catechumenos ab orationis dominicae recitatione arcendi veteribus fuit, quod nimurum per panem quotidianum, eucharistiam plurimi intellexerint, quam Catechumeni, qui adhuc inter filios tenebrarum recentebantur, poscere sibi nequibant.

## §. IV.

De Iudeis aliud erit dicendum. Hi enim Deum Patrem, alio licet conceptu, quatenus scilicet Christum non generit, contemplantur. Imo, si communem Theologorum opinionem sequutus fueris, orationem dominicam, ex antiquo foedere, Iudeorum aequa ac Christianorum principio, desuntam esse, percipies. Sed haec linquo. Quaeritur saltim hac occasione, an instrumentum inter Christianum & Iudeum a Notario Christiano, confectum, sit invalidum, & Notarius inuocationem nominis Christi praesagens delinquit? Sunt, qui affirmari uam defendant, iisque PERVSINI, quorum tamen dubitandiorationes refellit STRVVIVS, de Inuoc. Nom. dip. p. 34 seqq. Negatiua vero his initituit fundamentis. (1.) Quod ipse Iustinianus legum gentilium collectioni, Christi nomen praefixerit. (2.) Notarius sit iudex chartularius, & Iudei ad eum accedendo videantur prorogare iurisdictionem suam, DD. in l. 1. ff. de Iudic. consuetudo autem iudicis prorogati eiusque lex seruanda sit, l. 1. C. de Emanc. liber. (3.) quod inter Iudeos quoque seruentur ritus Christianorum. l. Nemo Iudeorum 7. C. de Iudeis, ergo etiam seruari debeant ritus inuocationis. (4.) denique, ritus ad Notarium spectent, qui proinde ad contrahentium mores respicere non tenetur, BART. in l. si librarius 92. de R. I. Latisime hanc rem persequutus est IO.

**BOLOGNETVS**, in Rubr. de Oper. nov. nanc. num. 67. fol. 11.  
vsque ad num. 75. fol. 13. quem proinde consulas. Conf.  
HAHN. Diatrag. Indacor. lib. I. & seqq.

## §. V.

Quemadmodum vero Orationem dominicam magni fecerunt Episcopi, ut illam omnibus promiscue commendauerint, ita postquam externa facrorum cura ad principes Regesque deuenerat, Carolus M. & Ludouicus, non a Presbyteris solum, ut Orationem dominicam addiscerent alisque explicarent, sed ab omnibus qui Christiani dicuntur, ut illam memoria tenerent, postularunt, prout patet ex Capitulo de fide Presbyterorum ab Episcopis discutienda, Lib. I. capitul. cap. 66 p. 713. In capitulo praeterea de Symbolo & Oratione dominica, quod Lib. V. Capitular. c. ibi p. 835. extat, notabilia haec verba habentur: *Symbolum, quod est signaculum fidei, & Orat. dom. discere semper admonent Sacerdotes populum Christianum, voluntusque ut disciplinam condignam habeant, qui haec discere negligunt, siue in ieiunio, siue in alia castigatione. Propterea dignum est, ut filios suos doment ad Scholam siue ad monasteria, siue foras Presbyteris, ut fidem catholicam recte discant & Orationem dominicam, ut domi alias docere valeant.* Qui vero aliter non potuerie, vel in sua lingua hoc discat. Non tamen ad Presbyteros duntaxat hoc spectabat praeceptum, sed ad laicos quoque, quibus hoc pariter praecriptum est, loco citato, cap. 165. p. 950. verb. *Ut fideles Orationem Dominicam discant & intelligant, & suis sacerdotibus eam verbo ex verbo reddant & alios fideles, qui eam nesciunt, doceant.* Hinc factum, ut per easdem leges a susceptorum munere arcerentur, qui memoriter eam reddere nescirent. Quae huc spectant, ex Capitul. lib. VI. cap. 165. p. 952. adducamus. *Adnuntient Presbyteri, ut neque viri neque foeminae de sacra fonte filios vel filiolas suscipiant, nisi memoriser Symbolum.*

§ Oratio

*& Orationem dominicam teneant.* Idem inter alia a patriniis requisivit Augustinus, relatus in c. 105. de Consecratio-  
dicit. IV. vbi sequentia tradit: *Ante omnia Symbolum &*  
*Orationem dominicam & Vos ipsi teneat, & illis, quos suscepistis  
de S. fonte, ostendat.* Adeoque patrini praetendere debent,  
ut cum suscepti ad intelligibilem aetatem prouenerint,  
fide & bonis moribus eos instruant, orationem dominicam & Symbolum eos instanter erudiant; quod si neglexerint, norint se rationem reddituros ante Dominum pro illis, quorum sponsores extiterunt, monente ALCVINO, Lib. de offic. div. p. 262. T. X. Bibl. PP. Conf. CASP. ZIEGLERVS, ad Lancelott. Lib. II. tit. IV. §. 4. VAL. ANDR. DESSELIVS, Erotom. Iur. Can. tit. de Bapt. quaest<sup>o</sup> ult. Quo pertinet praxis nostrarum ecclesiarum, quando iubentur sacerdotes ante actum baptismalem admonere patrinos, ut infantulos ad maturiorem aetatem delatos de praecipuis fidei articulis, in primis orationis dominicae precatione, probe informeat. Qua de re Serenissimi Saxoniae Duces in Ordin. ecclie. Vinar. lib. 1. cap. 13. ita disponunt: *Nach diesen spricht der Pfarrer zu den Barben: Ich ermahne euch ferner aus christlicher Liebe, &c. daß ihr eztreulich und fleißig unterrichten völlet, & postea zum dringen, des HERREN GEBET, damit es GOTT ümb Gnade, könne anrufen und bitten, christlich zu leben und dem Satan Widerstand zuthun.*

## §. VI.

In sacra pariter coena adhibetur oratio dominica, ita, ut eius usus ab Apostolorum tempore hucusque dauerit. Non repeto, quae supra Scđt. I. §. VIII. exhibui. Ex prima potius antiquitate, asserti mei veritatem ero. Testis est HIERONYMVS, qui Apostolos orat. dom. in S. Coena recitasse scribit. Lib. III. ad vers. Pelag. p. 805. Clarius longe hac de re differuit WA-  
LAFRI.

**LAFRIDVS STRABO**, de rebus eccles. c. 22. *Relatio, inquiens,*  
*maiorum est, ita primis temporibus missas fieri solitas, sicut mo-*  
*do in paraseue Paschae, in quo die apud Romanos missas non*  
*aguntur, communionem facere solemus, i. e. praemissa oratione*  
*dominica & sicut ipse Dominus noster praecepit, commemoratio-*  
*ne passionis eius adhibita, eos corpori dominico communicasse &*  
*sanguini, quos ratio permittebat.* Imo Tertulliani & Cy-  
*priani aeuo iam ordinaria fuit haec precatio. Quam,*  
*postmodum constanter adhibuit ecclesia, teste OPTA-*  
*TO MILEVITANO, de Schismate Donatistarum L. II. c. 20.*  
*Etenim inter vicina momenta dum manus imponitis &*  
*delicia donatis, mox ad altare conuersti, dominicam orationem*  
*praetermittere non potestis & viisque dicitis: PATER NOSTER,*  
*QVI ES IN COELIS, DIMITTE NOBIS DEBITA ET PEG-*  
*CATA NOSTRA. AVGVSTINVS, Lib. L. Hom. 42. quae*  
*ex Mileuitano transcripti, confirmat, dum scribit: In*  
*ecclesia ad altare Dei quotidie dicitur ista oratio dominica & au-*  
*dunt illam fideles. Cui CYRILLVS HIEROSOLYMITA-*  
*NVS, Catech. Mystagog. V. suffragari non dubitat, his ver-*  
*bis: Post haec dicimus orationem illam, quam Saluator suis disci-*  
*pulis tradidit. Praeter haec, plura possem adducere an-*  
*tiquitatis testimonia, quae vnum orationis dominicae in*  
*S. coena, eumque quotidianum, corroborarent, nisi pa-*  
*giniae & instituti angustia id ipsum prohiberet. Sed &*  
*nostrae ecclesiae euangelicae hunc sacrum ritum hodie-*  
*num sancte obseruant, id quod, praeter praxin quotidi-*  
*anam, probat Ordin. eccl. Ducum Sereniss. Vinar. in*  
*cuius lib. I. cap. 8. vom Ampt der Communion. orationis do-*  
*minicae verba coram altari ante administrationem S. Sy-*  
*naxeos, cantando recitari inbentur, Wenn nach gehal-*  
*tener Predigt die Communicanten im Chor versammelt, soll*  
*zu des Herrn Nachmahl der Anfang mit dem Gebet, welches uns*  
*der Sohn Gottes selbst gelehret, gemacht, und solches von dem*  
*Pfarrer oder Diatong vor dem Altar auf folgende Weise, vvie*  
mit

mit Noten verzeichnet zubefinden gesinger vverden: **VATER  
VNSER.**

§. VII.

Dum vero de orationis dominicae vſu in Eucharistiā differo, in mentem reuoco controuersiam, an omisſa orationis dominicae recitatio in consecratione S. Coenae officiat, ita, vt sacramentum hoc haud rite administratum censerī debeat? In negatiuam qui inclinant, ad can. 54. de Conſecr. diſt. 1. prouocant, vbi excommunicatione digni censentur, qui hymnos & precatio-nes reiicere audent; Praesidium in primis in Glossa quaerunt, quae dictum Apostoli ex 1. Tim. II. 1. allegatum, de obſeruationibus, quae ante & iuxta consecrationem ſiunt, & de Orationibus in ipſa consecratione, interpretatur. Verum iis quo minus aſſentia, hae me mouent rationes. (1.) Quod oratio dominica ad ſubſtantiam Eucharistiae non pertineat, verum ad externas ceremonias, quam, deuotionis excitandae cauſa, veteres adhibuerunt. Conf. arg. can. 55. ac Conſecr. diſtinct. 2. & adde B. GERHARDVM, Loc. de S. Coena §. 156. (2.) Chriſtus absque orali manducazione percipi potest, & in caſu extraordinařio valet illud: CREDE ET MANDVCASTI. (3.) Si conſecrata elementa non ſufficient, alia de nouo, absque repetitione Orationis dominicae, conſecrari poſſunt, prout Theologi Academiae noſtræ, pronuntiarunt apud DEDEKENN. Conſil. T. I. Seſſ. IV. §. II. p. 58o. Hi enim, postquam rationes pro affirmatiua, pugnantes adduxerunt, ita eam limitant: Vm dieser vnd andern Ursachen willen halten wir dafür, daß die Wiederholung des **VATER VNSERS** in der administration des H. Abendmahlſ, und also auch in dem Fall, wenn es an Brod vnd Wein bey der Auspendung delfbigen ermangelt, und aufs neue conſerirt werden muß, nicht zuunterlaffen. Solte aber in der Wie-

§ (26) §

derholung das Vater Vnser , aus irgend einer erheblichen Vrsachen ausgelassen vverden , entgehet dadurch dem H. Abendmahl an seinem vvesentlichen Stücken vnd seiner Kraft gar nichts, vveil man kein ausdrücklich Geboth hierinnen fürzulegen. Imo multis in locis vsu adhuc receptum est, vt solennioribus festis, vbi actioni Coenae praemitti solet latinum, DOMINVS VOBISCVM &c. Oratio dominica omittatur, illud vero S. Coenae non deroget valori. Conf. L. B. DE LYNKER , in dissert. de eo quod iustum est circa S. Coenam , cap. IV, §. 9.

§. VIII.

In benedictione praeterea desponsatorum , orationem dominicam cum aliis precationibus piis , pro solemnitate requirunt constitutiones euangelicarum hinc inde ecclesiarum. Exemplo sit ordin. eccles. Sereniss. SAX. Ducum lineae Vinariensis , lib. I. cap. 15. ita praeципiens : Darnach rede der Kirchen Diener die neuen Eheleute also an: Auf daß nun Gott der Herr durch euren Stand gepreiset werde, ihr auch in demselben Gottes Segen und Beystand haben möget, wullen wir ihn also darum bitten und anrufen: (Hie lasse der Kirchen-Diener die neuen Eheleute niederknien, und spreche über sie nachfolgendes Geber neben dem VATER VNSER.) & ibid. cap. 17. verbi diuini ministris iniungitur, vt aegrotos Oratione domina erigant pariter atque solentur. Imo in ordinatione Ecclesiae nostrae Diaconorum , post mannum impositionem solet haec precatio recitari. Conf. Ibid. Lib. II, cap. 3. & alibi. Quibus igitur, cum notisima sint omnibus , atque quotidie occurrant, inhaere-re diutius nolo.

§. IX.

In suggestu , ante & post conciones adhiberi quoque solet oratio dominica , qui ritus e primis antiquitatibus

tatis monumentis probari dilucide potest, & hodienum  
receptus est. Hoc vero nunc saltim, ne nimium dif-  
fundar, disquiro: An Scholae Director, qui discipulos  
formare conciones edocet, illosque ad recitandum, ad-  
dita vbiique oratione dominica, instigat, iure repre-  
hendendus sit? Sunt, qui in ministerii ecclesiastici despe-  
ctum fieri contendunt, atque necessariam magis Cice-  
ronis aliorumque lectionem, putant. Verum nihil ini-  
qui in tali casu subesse autumo, si quis illos, qui fun-  
damenta in literis pariter atque theologia iecerunt, me-  
moriae excolendae causa, intra priuatos parietes, in  
concionibus formandis & cum Oratione dominica recitan-  
dis instruere velit. Hinc ita pronuntiatum legimus  
apud DEDEKENNVM, *Confsl. Theol.* in app. p. 637. num. 8.  
*Es befindet sich kein fundement, wvarum ein solch angestelltes  
exercitium nicht mit Gebet vnd einem VATER VNTER anzufangen  
und zuschließen w wäre, sondern hingegen, wwie Lehrer  
vnd Prediger pflanzen und begießen, Gott aber das Gedeyen giebt,*  
*r. Cor. III. 6. also in Schulen praeceptores thun auch mit ihrem  
Unterricht bey der Iugend, wwas sonst ein Haus - Vater in seinem  
Garten mit pflanzen und begießen thut. Gott aber muss das  
Gedeyen geben; Vnd wwie die Früchte der Schul - Arbeit so vwohl,  
als der Kirchen - Arbeit, aus göttlichen Seegen und Beystand her-  
fürpachsen, also iſt allerdings erbaulich, daß auch solche Arbeit  
mit dem Gebet angefangen vnd geendiget werde, und w wäre zu  
wünschen, die Schul - Iugend wvürde von Kindheit an gevhabnet,  
ihre Schul - Arbeit und exercitia allezeit mit dem lieben Gebet an-  
zufangen und zuendigen, daß sie bey Zeiten erkennen lerneten,  
vver der sey, von dem Sprachen und Künste herstießen, und von  
welchem sie, vermitteſt schuldigen Fleißes müssen erlanget wer-  
den. Woraus denn erbeller, daß der dabey vorgegangene Ge-  
brauch des Geberbs an sich selbst nicht Straffbar zuachten. At-  
que hoc vsu iam receptum nouimus in plurimis scholis.*

§S (28) §S  
& gymnasiis, in quibus maiori interdum cura liberales  
artes tractantur, quam in academiis.

### §. X.

De cathedra quaeri alias solet, vtrum in illa, &  
quidem ante textus praelectionem, omitti oratio domi-  
nica possit? Ansam huic controuersiae praebuit M. TO-  
BIAS HOEPFFNERVS, Theologus Sileius, cum nouam  
conclaves elaborandi methodum, omissa in principio,  
oratione dominica, adhiberet. Rationes, quas afferit,  
tantae sunt, ut illis refragari non possim: (1.) ritum  
hunc ad adiaphora non incongrue refert, de quibus ar-  
tic. X. Form. Concord. de ceremoniis, thes. II, ita iudicat:  
*Credimus, docemus & confitemur, Ecclesiae Dei ubiuis terrarum,*  
*& quocunque tempore licere, pro re nata ceremonias tales muta-  
re, iuxta eam rationem, quae Ecclesiae Dei utilissima & ad acci-  
ficationem eiusdem maxime accommodata indicatur &c.* (2.) pro-  
vocat ad obseruantiam ab Apostolorum tempore petitam,  
cum hi ipsi, absque praemissa oratione dominica, praedi-  
cauerint, Conf. Act. I. 24. IV. 24. 29. (3.) Nec morem  
hunc insolitum putat, cum Lipsiensis, in concionibus  
funebris, hanc orationem in principio praetermittant,  
in fine vero annexant. Quae licet vera sint, aduersari-  
um tamen nauctus est, D. IO. DAVID. SCHWERDNE-  
RVM, Superattendentem Pirnensem, qui HOEPFFNERI  
conatum, irritum, nouatirientem atque scandalosum  
pronuntiauit. Sed male. Benignus enim HOEPFFNE-  
RVM exceptit LIEBM. PHILIPPVS ZEISOLDVS, cuius  
aequam in vtroisque litigantes censuram, vide apud Agenten  
von Hauss aus, Functione II. depeche. II. Epist. 336. Hoc cer-  
tum est, in omnibus Lutheri scriptis extare nihil, quod  
necessitatem huius orationis, in concionis exordio, praeci-  
piat. Nec quidquam de illa exhibet Ordin. Eccles. Saxon.  
Elett. de anno 1590. Cauta tamen procedet, qui auditori-  
bus,

bus, cur orationem hanc omittat, indicauerit, ne scandalum forte, ex culpa dicentis, exinde capiant. Confidatamen *Vnschuldige Nachrichten*, de anno 1702. p. 657.

## §. XI.

Sub initium tutelae, nominis diuini invocationem, putant necessariam, qui muneris huic onera atque pericula iterum iterumque pensarunt. Et ex iis praeципue Theologum magis ac Ictum se praefutur THOMAS SCHROEERVS, in *Institutionibus Tutorum & Curatorum*, Part. II. Qu. I. n. u. Cuius verba, siue potius oratio, cum insignem spirent pietatem, mentemque a fraude alienam, tutori conscientioso, quo se soletur; male morato, quo perturbetur, communicabo. Ita autem SCHROEERI verba se habent: *Es wäre des mein treuer und wohlgemeinter Rath, daß ein iedweder Vormünder vnd Curator, so bald ihm eine solche Laſt der Vormundschaft oder Curatel von seiner Obrigkeit aufgetragen, und seiner Pflicht nach treulichen zuvertrauten anbefohlen warden, daß er von dem Rath-Hause sich in eine Kirchen oder inheim in sein Kämmerlein begebe, die Thüre hinter ihme zu, und alle böse affeßen aus seinem Hertzen und Gemüthe schließe, und allda nach der Lehre des Herrn Christi, Matth. VI. 6. vnd S. Pauli, Coloss. III. 17. & Phil. II. 14. zu Gott dem Herrn einen Anfang mit einer demütigen supplication vnd demütlichen Gebet mache, So würde der Vater aller Wittben vnd Wayßen, der in das Verborgene sieber, ihme diese Gottseligkeit, welche ohnediß zu allen Dingen gut ist, nachmahl öffentlich ver gelten, daß iedermann den glücklichen succes verspüren, und seine treue Mühe vnd Arbeit, welche in dem Herrn angefangen, kein mahl vergeblich ablauffen solte, nochst Gott dankbarlich loben, vnd preisen würde. Mag demnach ein Christlicher Vormund, bey Anretung seiner Vormundschaft und folgender Vervaltung, nebenst einem gläubigen VATER VNTER offters also beten: Herr heiliger Gott, allmächtiger evpiger Vater &c. Plim huius Viri*

§ (30) §

affectum, cum nimis diffusus sit, abrumpo, atque Lectorem huius meditationis cupidum, ad autorem ipsum remitto. Certe paucos, qui huius vestigia premant, Curatores scio, cum plurimi sibi magis atque suis prodeesse, studeant.

§. XII.

Porro disquiritur: Quo in loco oratio dominica fundi ad Deum debeat? an publico, an autem priuato? Priorem qui eligunt, Nov. CXXIII. cap. 32. allegant, in qua IVSTINIANVS scribit: Qualis est Litania, in qua Sacerdotes non inueniuntur & solemnes orationes faciunt. Verum haec in eam partem accipienda non sunt, quasi per hanc Nouellam priuatae ac domesticae preces reificiantur, sed loquitur Imperator de precibus maiori solemnitate in publico peragendis. Quorundam & illud CAROLI & LUDOVICI, in Capitul. Lib. VII. c. 312. non inepte referendum: Sciendum est omnibus, quod in aliis competentibus locis, si locus basilicae procul fuerit, oratio ad Deum fieri posset. Admittit enim scriptura locum pariter priuatum, Math. VI. 5. 6. Math. XXVI. 39. Act. I. 14. IV. 29. XVI. 25. & preces ubique fundantur, modo seriae, Deo acceptae sunt, Malach. I. 11. & 1. Tim. II. 8. Quae scripturae loca BERNARDVM mouerunt, qui lib. meditac. scriberet; Vbiunque fueris, intra te ipsam ora; si longe fueris ab oratorio, non quaveras locum, quoniam ipse locus es. Ex quibus omnibus indifferentia loci fluit, nec publicus nec priuatus saltim orandi locus concluditur. Vid. CARPZOV. Iurispr. Consistor. lib. II. tit. XVI. def. 259. n. 4. STRVVIVM, de Inug-  
cat. nomin. div. p. 143. seq.

§. XIII.

Dum ad portum propero, non inutilis in mentem recurrat quaestio: an princeps ex Protestantibus & Euan-gelicis

35 (3) 58

galicis in Imperatorem eligi possit? Negare id ipsum conatus est CANINIVS in Discurs. ad A. B. p. 111. nec non Autor gallicus discursus; cui titulus: *Recueil de quelques discours politiqu. de l' an. 1632.* ob hanc praeципue rationem, quod Rex Romanorum iuramento obligetur ad defensionem Pontificis romani & catholicae ecclesiae, cuius est adiuvatus, Cap. cœsar. §. daß wir in Zeit &c. nunquam autem fore putat, vt sub hac conditione quisquam Protestantium Imperium acceptet. Affirmatiuam tamen, egregie defendit Carpz. in Semidec. quaest. ad A. B. ex tit. 2. & 4. qd. 2. & ad aduersarii rationes contraria respondet: quod liceat Imp. protectionem & patrocinium sedi romanae promittat, non tamen propterea ipse Pontificis esse debeat: cum protectio illa sit politica, qua is ecclesiam romanam tueri ac munire potest, defendendo Pontificem contra vim iniustam, per quam defensionem non magis peccat Imp. vel fidei heterodoxae se participem facit, quam si patrocinium praestet furi, latroni aut homicidae, quorum facinora neutiquam probat, nec iisdem se implicat. Hinc rectissime scribunt, Theologi Saxonici, in Pind. papill. Ewang. cap. 94. Mord vnd Todsfällig ist eine Himmelschreiende Sünde, wie Gott selber saget, Gen. IV. 10. Siehe die Stimme deines Bruders schreiet zu mir von der Erden, noch schützt ihn Gott wieder Gevvalt; also kan auch ein Römischer Kayser den Pabst zu Rom auf gewisse Weise schützen, vnd muß doch daher so vwenig folgen, daß er antichristisch sey, als daß folge, daß Gott eainisch sey. Imo, cum in ecclesia romana, vbi CARPZ. diss. loc. n. 33. scite monet, multa reperiantur virtus, Baptismus, fides apostolica, Decalogus, ORATIO DOMINICA, &c. vel horum saltem respectu & intuitu fundamenti, quod est Christus pro nobis mortuus & resuscitatus, patrocinium ecclesiae romanae eiusque administratori non erit denegandum etiam ab Imperatore euangelico. Est enim Imperator, vt

ut HOEPFFNERVM, in *Saxoni. Euangol. Sacri, II. P. 3. c. 3.*  
*p. 302.* sequar, ecclesiae Romanae aduersatus, quatenus  
 illa verbo Dei adhaeret, non autem, quatenus fidei cor-  
 ruptelas propugnat. Nec potest Imperator Papae ab-  
 que Imperii consensu, quoquam religionis fauore, patro-  
 cinari, cum ipse Instrumentum Pacis Osnabr. rationem ha-  
 bere teneatur. Imo ad hoc a Statibus Imperii obligatur  
 in Capitulatione, prout ex nouissima Carolina, artic. 4.  
 patet. Und vollen nicht gestatten, daß denen Ständen in ihren  
 territoriis in Religion, Politischen und Iustiz Sachen sub. quacun-  
 que praetextu, wieder den Friedens-Schluß, oder aufgerichtete  
 rechtmäßige und verbindliche pacts vor oder eingegriffen werden.  
 Haec igitur, quae de VSV orationis dominicae edisserū.  
 hac equidem vice sufficient. Plura enim adducere au-  
 gustia paginae non permisit.

### SECTIO III.

Dc

### Abusu Orationis Dominicae.

#### CONSPECTVS.

- §. 1. Murmuratio orationis dominicae, ante distributionem S. coe-  
 nac, ab auditoribus facta, num inter abusus referenda sit?
- §. 2. negat & rationes adducit. §. 3. an, quod mares in  
 recitatione eius eructi sunt, foeminae vero in genua procum-  
 bant, improbandum sit? §. 4. Injuria recitatione orationis  
 dominicae non remittitur. §. 5. rationes Iuris dubitandi, §. 6.  
 & theologicae proponuntur. §. 7. Negativa sententia deci-  
 ditur. §. 8. Clericorum in Laicos idcirco potestas nulla est.  
 §. 9. Quintam petitionem studiose qui omisit, quomodo  
 puni-

puniendus? §. 10. Collectio herbarum cum oratione dominica  
ca nibil habet commune §. 11. dabitandi rationes eliduntur.  
§. 12. Verbis septimae petitionis abuti non licet. §. 13. & 14.  
15. In iudicio crucis olim adhibebatur haec precatio, ubi  
quatuorplex hoc iudicium fuerit, exponitur. §. 16. Iudicij hu-  
ius incertitudo & illud quis abrogauerit? §. 17. Casis in-  
scribere orationem dominicanam, num liceat? §. 18. An ad  
temperaturam osorum coquendorum cognoscendam adhiben-  
da sit? §. 19. Epilogus.

## §. I.

**C**onsiderato proinde vsu orationis dominicae legiti-  
mo, sequitur iam eius abusus indagandus, vbi  
primo se offert quaestio: An murmuratio oratio-  
nis dominicae, quae fit ab auditorio in actu  
consecrationis ante distributionem sacrae coenae, inter  
abusus sit referenda, nec ne? Quanquam vero, hoc af-  
firmative decidendum esse, videri poterat, siquidem iux-  
ta praxin ecclesiae liturgicam, recitatio orationis domi-  
nicae ad actum consecrationis simul pertinet, & partem  
quodammodo eiusdem constituit, vt hinc reseruatum  
clericis esse videatur, quippe cui, vi ordinationis & offi-  
cii pastoralis, tales consecrationis ritus & formulas exer-  
cere permisum est, iuxta can. peruenit. 29. dist. 2. d. Confe-  
crat. ZIEGLER. ad LANCELLOTTI Institut. Iur. Canon.  
Lib. II. tit. 6. §. 3. vt adeo sacramenti profanatio esse cen-  
featur, si, ore laicali, verba, extra officium sacerdotale,  
recitentur; attamen hoc non obstante in contrariam sen-  
tentiam inclino, & verba orationis dominicae, licite ad  
praecentum pastoris admurmurari posse, puto, siquidem  
illa non inter ESSENTIALIA consecrationis, sed ad ac-  
cidentalia tantum extrinseca actus huius sacramentalis  
refertur, atque ad excitandam maiorem deuotionem, &

ad praeparandos faltem sancto & summo huic mysterio  
animos adhibetur, vt hinc non immerito eiusdem adfu-  
surratio inter adiaphora recenseri queat, quorum usus  
in libertate ecclesiae consistit. Conf. DEDEKENN. Com-  
fil. Theol. in Append. Volum. III. Sect. IV. n. 1.

## §. II.

Hanc tamen opinionem ita declaro, vt fiat illa  
admurmuratio sine hypocritica animi intentione, in  
quem finem mores cuiusvis loci respiciendi erunt: con-  
tra hos enim quid admittens, affectatum aliquid & sin-  
gulare sibi arrogare videtur, quandoquidem in iis  
rebus, in quibus nihil certi diuina statuit scriptura, mos  
ecclesiae & instituta maiorum pro lege tenenda sunt,  
can. 5. dist. 1. Deinde vt fiat absque magno strepitu, ne  
deuoti forte animi in suis meditationibus sacris turben-  
tur. Adde, quae GERHARDVS habet, in Loc. Theol.  
Loc. de S. Coena, §. 156.

## §. III.

An mares insuper in recitanda oratione dominica  
erecti stare debeant, foeminae vero in genua procum-  
bere? disquiritur. Evidem BRVNNEMANNVS in Iur.  
eccles. Lib. I. cap. 6. membr. 4. num. 8. monet, pietati & ec-  
clesiasticae disciplinae esse conuenientius, vt paritas quae-  
dam in ritibus istis atque ceremoniis externis obserue-  
tur. Verum, idem loco citato loquitur tantum de cere-  
moniis circa administrationem S. Coenae obseruandis, &  
faltem per modum consilii non praecepti insinuat. Ne-  
que certe generalis inde formanda est regula, cum ri-  
tuale ecclesiasticum in mera libertate consistat & attem-  
perandum ad genium, institutum, & hierarchiam cuius-  
vis ecclesiae particularis. can. 3. 9. II. dist. 12. confer. can. 8. de-  
Con-

*Consecrat. diff. 4.* Non diffitemur quidem in coetibus publicis ad deuotionem excitandam , illud procumbere in genua , plurimum conducere , Attamen in actibus domesticis hoc cuiusque iudicio committitur , ne alias dominatum quandam conscientiarum adstruere & vincula animis religiosis iniicere videamur . Ethinc eandem istam geniculationem tanquam piam quandam ceremoniam retineri posse , sed non debere , afferro . Adde VOETIVM , Polit. Eccles. P I. Lib. II. Th. 2. Scđ. 4. cap. 5. §. 3. BROCHMANDVM , System. Theol. Loc. de Coen. Dom. cap. 8. scđ. 8.

## §. IV.

Huc porro pertinet decantata juris quaestio : An recitatione orationis dominicae iniuria censetur remissa , & iniuriarum actio extineta , per hoc , quod precans in quinta petitione deprecetur , REMITTE NOBIS PECCATA NOSTRA , SICVT ET NOS DEBITORIBVS NOSTRIS DEBITA REMITTIMVS ? Est sane haec quaestio multum inter Doctores agitata , communiter , tamen negatiue deciditur , cum per hanc recitationem rancor quidem animi & vindicta PRIVATA habeatur remissa , non vero PVBLICA , quae ad coercendam iniuriantis malitiam , iuxta receptum iuris ordinem , magistratui permittitur : WISSENBACH . Exercit. ad Pand. XXX. thes. 29. STRVVIVS , Syntagm. iur. civil. Exercit. XLIX. thes. 64. n. 2. Vnde etiam scite concludit MATTHAEI , de Crimin. tit. IV. cap. I. num. 15. Mibi , inquiens , in hac quaestione separandum viderur officium magistratus a pietate atque officio actoris . Magistratus officium est , delictu si probentur , poenam interrogare ; Conscientiam actoris iudicis acumen non penetrat , ac ne potest quidem , ut maxime velit . Illud enim remiserit quis vere ex animo iniuriam offendionemque omnem , solus nouit , qui intima cordis perspicit , atque perscrutatur .

## E 2

## §. V.

Nec desunt tamen huius decisionis dubitandi rationes, potissimum ex eo, quod talis recitatio videatur disimulationem quandam & remissionem tacitam inuolvere, quae alias, ut actio iniuriarum cesseret, efficit. §. fin. I. de Injur. l. II. §. 1. ff. eod. Verum respondeatur, actus familiaritatis, non necessitatis, talem effectum ciuiliter producit; iam vero ad posteriorem illa orationis dominicae recitatio ex praecepto & instituto Saluatoris referatur, & hinc tale quid in foro ciuili operari non potest. arg. I. 31. C. d. liber. caus. Nimurum ad duo obligatur iniurians, (1.) ad depreciationem ex officio tum ciuili, tum Christianismi, qua offensam animi petat remitti; (2.) ad satisfactionem, propter denegatum ciuilis aestimationis debitum. Prior offensa & laesio per recitationem orationis dominicae est remissa, ita ut res propriae delinquentis conscientiae & iudicio diuino habeatur commissa; Sed haec posterior non praeiudicat, in qua tamen ratio formalis iniuriarum actionis consistit, quoniam haec ex diverso capite promanat, & sine noxa sui non potest omitti: posset enim facilissime per neglectum & contemnum, aut placidam remissionem animi, suspicio nasci, quasi iniuriatus conscientia veri imputati criminis vel aliis famosi, tacuerit, & sic vietas manus praebeat, atque ita impune expositas omnibus iniuriantium columnis, quod sane percoquere & innumeris se molestiis atque periculis exponere contra amorem sui naturalem & ordinatum seipsum conseruandi studium, foret. Adde STRVVIVM, de Inuoc. nom. diuin. thes. 25. Eleganter hanc in rem SANDE, Lib. V. Decis. Frisia. Tit. VIII. def. 12. de actione hac iniuriarum scribit: Non enim haec actio meram vindictam persequitur, sed & continer integratam, innocentiae atque estimationis suae defensionem arg. I. 18. d. Injur. Quam sartam testam

*scellam conseruari nostra maxima interest. PHILo Iudaens, non  
est, inquit, negligenda bona fama tum ad custodiam, tum ad  
dignitatem vitae velis. Et AVGVSTINVS, Serm. 59. ad fra-  
tres in eremo, mihi, ait, sufficit bona conscientia, vobis autem  
necessaria fama mea. Praeterea distinguendum est inter-  
priuatam, & legitimam seu publicam vindictam; Illa,  
prohibita, haec permissa iest, tum, qua eam exequitur  
Magistratus, tum qua priuatus contendit conseruatio-  
nem famae, non animo irritato & priuatam vindictam  
spirante, sed mansueto & composito ad persecutionem  
fui honoris. Ideo neminem de necessitate salutis satis-  
factionem sibi debitam pro iniuria, sed tantum rancor-  
em remittere teneri, traditur, in Cap. si is. 28. caus. 23.  
gu. 4. Atque hinc, si quis proferendo orationem domi-  
nicam aut peccata sua confitendo, debitoribus suis pec-  
cata remiserit, eum nihilominus iniuriarum agere pos-  
se, communiter placet.*

## §. VI.

Et haec quidem sententia in foro soli ac quotidiana praxi satis comprobatur. Verum, quatenus in foro poli & conscientiae obtineat, non absque censura & disquisitione remanere potest. Certe, rationes in utramque partem suppetunt. Etenim pro affirmativa, iniuriam scilicet per hoc esse remissam, militare videtur (1.) quod rancor animi & vindicatoria actio sint connexa & veluti correlata, vt proinde uno per seriam inuocatio-  
nem diuini nominis sublati, & alterum tollatur, neces-  
se sit. (2.) Quod pietatis officium non posset esse sine  
fructu & coniunctis bonis operibus, tanquam necessa-  
rium consequens, atque sic intima summae maiestatis de-  
precatio & vera humiliatio cordis, non posset non etiam  
plenariam, respectu proximi remissionem inuoluere.  
PETR. THEODOR. Colleg. crim. cap. 2. apb. 21. n. 13. 16.

Vigent (3.) dictum CHRISTI Salvatoris *Math. V. 39<sup>o</sup>*  
 nec non praeceptum Apostoli PAVLI , *I. Cor. VII. 7.*  
 Verum recte aduertit Glossa LVTHERI ad locum Ma-  
 thaei citatum , accipienda haec esse Scripturae loca , de  
 vindicta priuata , nec per hanc excludi vindictam ma-  
 gistratus publicam , quae delicta non debet impunita  
 relinquere , prout ipse Apostolus semet explicat , *Rom.*  
*XII. 19.* scilicet Deo committendam esse vindictam , atque  
 ita etiam magistratui , cuius cognitioni & decisioni cau-  
 sa ista desertur , vel per viam simplicis denuntiationis ,  
 vel per ordinariam iniuriarum actionem , legibus publi-  
 cis conditam ; Cum enim magistratus politicus vices  
 Dei in terris gerat , vtique vindictam de noxio sumere  
 debet & potest . Atque ex his etiam facile patet , quid  
 ad reliqua duo superiora argumenta regerendum sit , scilicet  
 quod malus animi affectus & vindicandi cupiditas  
 bene separari a poena ipsa , possit . Vt enim in  
 ipso diuino Nume affectus irae attributum est iusti-  
 tiae diuinae , nec non in magistratu potestas punitoria  
 non statim in prauam vindictae cupiditatem incidit : Ita  
 quoque in priuato laeso , alius est commotus animi ira-  
 cundi affectus , alia vero legitima iuris & poenae debi-  
 tae persecutio . Neque inane per hoc sit pietatis stu-  
 dium , cum aliis modis poenitenti reo & relipiscendi of-  
 ficia humanitatis exhiberi queant , nec praecise in intem-  
 pestiu[m] misericordia consistant .

### §. VII.

Negatiuam porro sequentes rationes euincunt , (1.)  
 quod actio iniuriarum speciem naturalis defensionis con-  
 tineat , quae moraliter non tantum est licita , sed etiam  
 praecepta , l. vt vim , 3. ff. de I. & I. Conf. GROTIUM  
*de Iur. B. & P. Lib. I. cap. II. §. 5. Lib. II. c. 1. §. 10. PVF-*  
*FENDORFFIUM , de I. N. & G. L. I. cap. VII. Sicuti ex-*  
*prin-*

principiis moralistarum & exemplo reformationis abunde euincitur, Vid. Dn. SLEVOGT, *dissert. de Rectorione iniuriarum, & STRVVIVS, de Vindiicta priuata*, (2.) quod alias Christianorum nemo iniuriarum agere posset, quod foret absolum, IO. FABER, *ad §. fin. I. de iniur. n. 2.* siquidem suam fluorumque iniuriam prosequi Christiano denegatum non est, TIBER. DECIAN. in Tract. Crim. Lib. III. cap. 4. n. 1. & seqq. Et idcirco dicitur, quod accusatio de iniuriis sit actus iustitiae, qui prohibitus non est, COVARRVV. *Variar. Resol. Lib. II. c. 20. PRVCKM. Vol. II. Conf. 26. n. 67. & seqq.*

## §. VIII.

Vnde conseclarium fluit, neque per viam denuntiationis euangelicae, aut fori cuiusdam poenitentialis, clericum, poenitentiarum forte iniuriati, se posse huic rei immiscere, eundemque ad transfigendum super iniuria, rigidiori comminatione, cogere, multo minus ab vnu S. coenae arcere: cum ad officium paftorale tale quid non pertineat, sed sapiat speciem alicuius iurisdictionis, quam inuolare clericus non debet. Licer enim clerici sit, partes ad amicabiles compositiones & reducendam concordiam commonere, tamen ultra limites admonitionum ecclesiasticarum eius potestas non extenditur.

## §. IX.

Ad abusum porro orationis dominicae refertur, si quis eandem recitet mutilatam, & forte propter rixas cum vicino exercitas, verba quintae petitionis, *WIE WIR VERGEBEN VNSERN SCHVLDIGERN*, omittat. Atque hoc quidem casu piis ab initio admonitionibus iste excitandus, quod si vero pertinax fuerit, graviori cen-

censura ecclesiastica, a Consistorio infligenda, dignus erit, vel si scandalum inde oriatur publicum v. g. si pastor in concione publica tale quid studiose omittat, suspensione aut remotione ab officio ille poterit coerceri.

## §. X.

In collectione herbarum medicinalium quondam adhibitam fuisse orationem dominicam, constat ex can. 3.  
caus. 26. qu. 5. vbi MARTINVS Papa ex decreto concilii prohibet, ne in collectionibus herbarum, quae medicinales sunt, aliquae obscurationes aut incantationes licet attendere, nisi tan-  
tum cum Symbolo diuino aut ORATIONE DOMINICA, adiecta  
ratione, ut tantum Deus & creator omnium honoretur. Eadem  
sententia Augustino tribuitur, in can. 16. d. caus. 26. qu. 7.  
vbi illos damnat, qui in collectionibus herbarum carmina di-  
cunt, aut pycnaciola pro quauis infirmitate scripta super homines  
vel animalia ponunt, praeter symbolum & ORATIONEM DO-  
MINICAM. Ex quibus textibus Coepoll. ad Tit. d. verb.  
sign. in rubr. n. 100. seqq. iuxta mentem quidem Thomae,  
concludit, omnes incantationes, quae fiunt cum oratio-  
ne dominica vel symbolo, esse permissas, si modo nihil  
ex superstitione, puta per characteres, incognita nomi-  
na, ligaturas & similia interueniat. Verum, licet non  
negemus, pie ac deuote herbarum collectorem se gere-  
re debere, vt scilicet per illas figuratas rerum imagines  
manuducatur quasi & excitetur ad honorem & laudem  
summi Numinis, quod talem vim herbis indidit: Neuti-  
quam tamen supersticio approbatur, quasi recitatione ver-  
borum dominicae orationis aut symboli fidei maius sanan-  
di robur herbis concilietur; id enim nihil aliud est, quam  
abusus sacri verbi, qua homines a solida cognitione Dei,  
ad externa & caduca se ducunt & veram fidem per-  
dunt. Atque hoc pertinet iudicium GEIERI, quod de  
superiori Iuris canonici dispositione tulit, in *dissert. de*  
*super-*

superstit. cap. 3. thes. 27. ita scribens: *Quid fidei professio sc.  
symboli recitatione cum collectione herbarum habet commune? Cur  
non acque recitare licet verba decalogi, institutionis baptismi vel  
eucharistiae?* Et sane, verbis, tanquam quantitatibus, per  
se nullam inesse efficaciam, ipsi agnoscunt Philosophi,  
quid igitur orationi dominicae, quoad externam formam  
consideratae, vim sanandi tribuere, aliud est, quam me-  
ra supersticio? Quam ipsam quoque reprehendit ius ca-  
nonicum, in can. fin. caus. 26. qu. 5 vbi sequentia habentur:  
*Si autem aliquis mibi opponit, & dicit, quomodo possunt aegris  
praebere medelam, si aliquid propriae virtutis ac potestatis non  
habent? hoc a me accipiat responsum: quod ideo quisque non de-  
bet eis credere, quia aliquando sanare videntur languidos, quia  
hoc permissa Dei sit, ut ipsi, qui haec audiunt vel vident, pro-  
venient, & appareat, qua fide sine vel denotione erga Deum. Hinc  
& Augustinus, lib. de ciu. Dei, cuius verba leguntur in  
can. 7. caus. 26. qu. 2. reete admodum ait: *Qui sine Saluato-  
re salutem vult habere, & sine vera sapientia aestimat pruden-  
tiam se fieri posse, non sanus, sed aeger, non prudens, sed ful-  
lus ac demens permanebit.**

## §. XI.

CONSTANTINI quidem Imperatoris obici pos-  
set constitutio, quae allegatur in l. 4. C. d. malef. & ma-  
them, in qua Imperator carmina magica, quae SVFFRA-  
GIA vocantur, pro remedii ad morbos depellendos ad-  
hibita, impunita relinquit. Atque inde DECIANVS, Lib.  
III. Consil. 20. colligit, pro tuitione corporis & rerum sua-  
rum & praesertim tuitione totius populi, posse quem-  
vti arte magica & incantationibus. Verum hoc pietatis  
& Christianismi ratio non admittit. Vnde etiam iure meri-  
toque ista CONSTANTINI lex a LEONE Imperatore, in  
Nov. LXV. abrogata fuit. Et licet IVSTINIANVS illam  
Constantini legem in suum Codicem retulerit, tamen

F

hoc

§. (42) §.

hoc non alio sensu faciliter intelligitur, quam ut per hoc  
remedia licita probentur, ad quae superstitione illa her-  
barum collectio referri nequit, STRVV. *dissert. crimin. in*  
*dissert. VII. thes. 17.*

### §. XII.

Orationis pariter dominicae abusus est, verba il-  
lius per iocum & lusum traducere, quorū referre li-  
cet, si defestationem aliquius rei declaraturus, dixerit:  
LIBERA NOS AB OMNI MALO, id enim omnino  
profanationem diuini nominis inferre, nemo dubitat.  
Excusat tamen dicentem quadantenus, si hoc dicterium  
ex precipitania fuerit elapsum. Conf. STRVVIVS, *de*  
*invoc. nom. div. thes. 40.* Maiores impudentiam & negle-  
ctam erga Deum reverentiam produnt illi, qui oratio-  
nem dominicā interiectis quibusdam verbis in pasquilli  
formam conuertunt, atque sic prauos mentis corruptae  
mores satis superque demonstrant. Tale animi  
excoccati exemplum Colonenses rustici praebent,  
seriem orationis dominicae, in compositam, contra Gal-  
los hostes, precandi formulam communantes, quam ex-  
hibet THOMAS SCHMIDIVS, *in historica orat. dom. ex-*  
*positione, p. 172. n. 143.*

### §. XIII.

Praeter ea in iudicio crucis quondam abusi sunt, qui  
eius recitatione veritatem facti seu delicti perpetrati  
scrutari voluerunt. Ego quidem, quid per hoc iudi-  
cium intelligatur, operose non inquiero. Alii enim cru-  
cem, genus armorum fuisse, putant, quod ad probatio-  
nem innocentiae adhibuit fuerit, teste VITO AMER-  
BACHIO, apud GRETSEVM, *Lb. II. de cruce.* Alii  
crucis lignum in ignem coniectum fuisse, atque hoc ipso  
inno-

§ ( 43 ) §

innocentiam apparuisse , tradunt , iuxta eundem GRET-  
SERVM , T. I. & III. Lib. de Cruce . Alii fortis diuinato-  
riae genus in hoc crucis iudicio quaerunt , qui TACI-  
TVM , de moribus Germanorum , sequuntur .

§. XIV.

Nec illud crucis iudicium attingo , quod species  
poenitentiae fuit . Etenim ad crucem expansis brachiis  
stare vel se prosternere , ita exponitur , in Canonibus Sa-  
xonicis EDGARDI Regis , cap. de Magnatum poenitentia §. 3.  
Saepe etiam se extendat super signum crucis , nunc erectus , nunc in  
terram prostratus . Huc refer , quae PETRVS DAMIANVS  
habet , Lib. I. Epist. 19. ubi : Is itaque , scribit , quandam  
scriptiunculam reperit , ubi dicebatur , quia si quis duodecim illic  
noratos psalmos vices quater eret in modum crucis me-  
nibus caneret , pro uno posset anno poenitentiae regulariter  
compensare . Plura huius rei testimonia ex Chrodogando .  
& Vitae S. Austrebertae Autore , item ex S. Lambertii  
Vita , adducit CAROLVS DV FRESNE , in Gleffario ,  
T. I. p. 1275 . Huc denique referendum existimo , quod  
HALITGARIVS CAMERACENSIS , in Poenitentiali , cap. 10.  
retulit : si titubauerit Sacerdos super orationem dominicam , quae  
dicitur periculosa , una vice 50. psalmos , secunda vice centum  
plagis .

§. XV.

Illud vero cucis iudicium huc maxime facit , quo  
expansis in crucis formam brachiis suspecti de criminis  
ad crucem stabant certo ac definito tempore , usque-  
dum oratio dominica aut euangelium recitaretur . Qui im-  
mobiles permanebant , innocui , qui vero titubabant , no-  
xii habebantur . Me non piget ex RVDOLPHO FVL-  
DENS , quae in Vita S. Liobae , Bischofheimensis Ab-  
batissae , cap. 15. hac de re tradit , exponere . Cum enim  
infantulum recens natum in monasterio reperiissent , il-  
ludque criminis alicui eSanctimonialibus adscriberetur

Lioba praecepit omnibus oratorium ingredi & extensis in crucie modum brachii stare, quoad singulæ psalterium totum ex ordine, psallendo compierent, & deinde per tres vices in die, hoc est tertia hora, sexta & nona, vexillo crucis elato, cum Litanis monasterium circumire & pro purgatione sua diuinam misericordiam inuocare. Quod cum fecissent & in hoc ordine iam bis expleto, hora nona omnes ecclesiam intrarent, cunctusque populus pariter congregatus adesset, B. Virgo Lioba perrexit ad altare & stans ante crucem, quae tunc iam tertio portanda parabatur, extendit manus in coelum & cum gemitu ac lacrymis precabatur. Hoc cum dixisset, paupercula illa, mendica, antiqui hostis & captiuæ pariter & ministra, daemonio repletur, & quasi flamnis circumdata, nomen inuocat abbatissæ, crimenque, quod commiserat, confiteretur. Tum vero, in coelum clamore sublatu, plebs omnis obstuپuit miraculo &c.

## §. XVI.

Quanquam igitur veteres multum veritatis in hoc crucis iudicio aequæ ac in aliis innocentiam probandi modis, vt pote, DVELLIS, IGNE, FERRO CANDENTI, AQVA FERVENTE ET FRIGIDA, EVCHARISTIAE PARTICIPATIONE, &c. posuerint; attamen, maiorem in iis incertitudinem, ac veritatem fuisse, puto, cum BECMANNO & ZIMMERMANNO, de Iudiciis Dei. STIRNHOEK, de Iur. Sueon. PAVLO HACHENBERGIO, in Germania media, aliisque. Non raro enim innocentissimi hominum iis succubuerunt, non pauci vero scelerissimorum, in quibus metus Dei nullus cul tusque fuit, salui evaserunt atque incolumes. Id quod plurimi historiarum scriptores plus vice simplici testantur, vt immortalem hinc sibi gloriam comparauerit, qui modum hunc abrogauit, LVDOVICVS PIVS, Imperator, prout legitur, in Capit. Aquisgr. ann. 816. c. 27. & in Leg. Longobard. Lib. II. tit. 55. §. 32. & alibi. Sanctum est, vt nullus

nullus deinceps quamlibet examinationem crucis facere praefundat  
ne Christi passio, quae glorifica est, cuiuslibet temeritate con-  
temptui habeatur. Rectius hodie quaestiones & tormenta  
in horum locum surrogata sunt, quorum ope veritas cer-  
tius longe cognoscitur.

## §. XVII.

Eiusdem fere pretii habetur quod olim per casei mandationem exequabantur iudicium. Hoc enim veteribus in moribus erat positum, ut caseum characteribus ac literis, quin imo oratione dominica piatum, gustandum reo offerrent. Opinabantur quippe, non posse aliquem mali conscientem, caseum diris devotum, deglubire. Formulam, qua vni sunt in consecratione, refert PETRVS PITHOEVS, in Gloss. ad Capitul. Caroli & Ludovici, quae talis est: *Praesta quæsumus, Domine, per sanctum & mirabile nomen tuum, ut qui reus est huic criminis, ad appositam ei pro ostensione rei veritatis creaturam panis sanctificata vel casei, faux eius claudatur, guttur eius stranguletur, & in nomine tuo ante illud enciatur, quam denoretur. Sed spiritus diabolicus in hoc negotio ad subuertendum iudicium nihil prævalat.* Quo pertinent etiam formulæ in nonnullis codicibus monasteriorum, quibus ad detegenda furtæ, iubebatur Oratio dominica scribi in pane & caseo, simulque præparabantur cruces de tremulo, quarum una sub dextro pede, alia super caput rei ponebatur. Post varias denique intuicationes Dei imprecabantur, ut lingua & guttur nocentis rei alligaretur, ne transglutinare posset, sed tremeret, nec haberet, quo requiesceret. Morem hunc per panem & caseum explorandi, a paganis promanasse qui volunt, ad istud HORATII prouocant:

*Vix Sacerdotis fugitivus liba recuso.  
Hinc ACRON non inepte scribit, in furti suspicione reos*

ad Sacerdotes paganorum ductos fuisse, qui crustam panis, characteribus pictam, singulis exhibuerint. Quam apud Siamenses consuetudinem, hodienum obseruat IODOC, SCHVTTEN, in *Accra exot.* p. II. c. 42. p. 547. & ex eo, SCHOTTELIVS, de singular. & antiqu. Germ. iur. c. 28. p. 555. Ceterum, ouis & caseo vesci, poenitentiae species fuit, can. 5. dist. 82. Conf. ZIMMERMANN. in *Analect.* p. 643. & 648. item, in *disserr. de Iudic. Dei,* c. 5. n. 5. BECMANNVM, de *Iud. Dei*, c. 5. n. 5. & qui ex instituto hoc persequutus est negotium, EBERHARDVM RUDOLPHVM ROTHIVM, in dissertatione, anno 1677. Vlmae habita, de antiquissimo illo more, quo veteres innocentiam suam per S. eucharistiam, panem exeratrum, caseumque, probasse leguntur. Denique, quam incerta sit haec probandi & explorandi ratio, nemo non videt, qui autores haetenus allegatos vel primis labris gustauerit. Hoc saltem addo MOLINAEI, ex *Vate Lib. III. cap. XXII.* Haec vis est conscientiae trementis & animi anxi, ut cibi meatum arctet, & fantes sic obsideat, ut agre admittant caseum, pinguem, lentum, ac visciosum, panemque calidum, cuius materia tenax & non friabilis.

## §. XVIII.


In ouorum coctione num adhibenda fit oratio dominica? quaeritur. Meminit huius peruersae consuetudinis THOMAS SCHMIDIVS, in *historica orationis dominicae tractatione*, p. 263. n. 225. scilicet ad temperaturam coquendorum ouorum cognoscendam, trina vice orationem dominicam esse recitandam. Cuius quidem rei originem ex re culinaria deducere licet, neque in se improbanda, quatenus nimirum mensura temporis, in coquendis ouis obseruanda, denotatur, quod deinde in malum morem degenerauit, ut oratio ipsa per abusum recitata fuerit.

fuerit. Licet vero hic abusus ita sit improbandus, tamen, si fiat ex simplicitate quadam domestica, prius hoc pia admonitione corrigendum erit; quod si vero fraterna illa commonefactio non proficiat, seueriori censura ecclesiastica, res digna indicari poterit.

## §. XIX.

His igitur, quae de Oratione dominica differui, finem ex voto impono. Quanquam enim plura suppeditare potuisset thematis huius amplitudo & excellentia, tamen, cum citra spem & opinionem prolixior mihi esse contigerit, nec tractatum, sed dissertationem, quae intra legitimos se continere debet cancellos, conscribere induxerim, abrumpo, ne tua, L. B. patientia abuti videar. Ceterum pro hoc exiguo labore feliciter emen-  
so decentes Deo gratias habeo; Sit igitur eius  
nomini laus & gloria fine

F I N E.



### Addenda & Corrigenda.

p. 8. lin. 1. adde post vocem *debit*. l. 8. pr. ff. de transact.  
ibid. §. 4. lin. 3. l. accipitur. p. 10. §. 7. lin. 17. l. &  
aliorum. p. 12. §. 9. lin. 8. l. Gen. XIX. 31. lin. 11.  
l. Judith. VII. 19. lin. 12. l. 1. Thessal. III. II. p. 13.  
§. 10. l. 13. l. apud Hildebrandum, *in ritual. orant.*  
l. 10. §. 18. p. 14. lin. 13. post voc. *venerantur*, adde  
excogitauit. p. 16. l. 5. l. versiones. p. 18. lin. 10.  
l. alios. p. 19. l. pen. & vlt. deleantur verba: *qualis can. t.*  
§. Pontifex dist. XXI. depraedicatur. p. 26. §. 8. lin. 10.  
l. Kirchen. & lin. 13. l. dominica. p. 31. lin. 28. l. vti.  
p. 38. lin. 16. l. affectus. p. 38. lin. 2. l. 1. Cor. IV. 12. 13.  
p. 39. lin. 2. pro dissert. l. Epistol. reliqua typogra-  
phi errata B. L. haud grauatim corriget.



AB:154566

ULB Halle  
003 120 163

3




5b.

Vd 17 VD 18



B.I.G.



24

D. B. V.

DISSERTATIO IN AVGVRALIS IVRIDICA  
DE EO QVOD IVSTVM EST  
CIRCA  
**ORATIONEM  
DOMINICAM,**  
Bom Bater Wnsen /  
P. V. M.  
DIVINA ASSISTENTE GRATIA  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPĒ AC DOMINO  
**DN. GVILIELMO HENRICO,**  
DVCE SAXONIAE, IVLIACI, CLIVIAE AC MONTIVM  
ANGARIAE ET GVESPHALIAE, ET RELIQA,  
AVCTORITATE ET DECRETO  
ILLVSTRIS IN FLORENTISSIMA SALANA ICTORVM ORDINIS  
PRAESIDE  
ILLVSTRI ATQVE EXCELLENTISSIMO VIRO  
**DN. CHRISTIANO WILDVOGELIO**  
ICTO CONSUMMATISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPĒ SAXO-ISENACensi A CONSILIIS INTIMIS  
CVRIAEC SERENISSIMORVM SAXONIAE DVCVM PROVINCIALIS CON-  
SILARIO SPLENDIDISSIMO, NEC NON ANTECESSORE IN ALMA SALANA  
GRAVISSIMO VT ET SCABINATVS AC FACVLTATIS IVRIDICAE  
PRIMARIO ASSESSORE,  
PATRONO, PÆCEPTORE AC HOSPITE SVO ÆTATEM DEVENERANDO  
PRO LICENTIA  
SVMMOS IN VTROQVE IVRE HONORES RITE CAPESSENDI  
*Publicae Eruditorum disquisitioni submittit*  
**M. IO. GOTTLIEB OLEARIVS,**  
HALA MAGDEBURG.  
FAC. PHIL. IEN. ADIVNCTVS  
AD D. XX. FEBR. M DCC XII.  
IEN AE, LITTERIS MVLLERIANIS.

24